

quam de caelo, hoc est Christum, seu corpus eius. Si vero quis interroget cuiusmodi tamen illius vis, an rebus sit? vivificum esse dicimus. Dat enim vitam mundo. Optime ac sapienter ex eo quod panis caelestis mundo vitam confert, ut sancte & pie vivat, infert Sanct. D. Quod sub illius panis speciebus vitam latere; ac si nequeat fieri quod non vivat in se, qui hominibus vitam sanctam, spiritualem negotiatur.

Solus qui habet vitam, dat vitam.

355. Ioan. 1.

De Verbo divino loquens Ioan. 1. n. 4 ait: in ipso vita erat; & vita erat lux hominum. Ex multis aliis nominibus, ac attributis Deo hoc elegit ut filium Dei, vitam vocaret; & cur magis dicit eum vitam, quam omnipotentem, seu aeternum? Dicitur erat Ioannes quod homines directurus erat in lucem spiritualem, merito eum inde dicit vitam, quia tunc quis vivens ostenditur, quando aliis vitam spiritualem communicat, vitamque spiritualem proximi conciliat. Theop. ibi: Vitam Evangelista nominat eo quod contineat vitam omnium in se, & quod spiritualis vita Conciliator fuerit omnibus ratione predictis.

Theop.

Apoc. 4. n. 10. Procidebant viginti quatuor seniores ante sedentem in throno, & adorabant viventem in saecula saeculorum, & mittebant coronas suas ante thronum dicentes.

VERSIONES.

Syrus. Cadent illi viginti quatuor seniores, & adorabunt eum, qui vivit in saecula saeculorum, & proiciunt coronas suas.

Pagnin. Procident viginti quatuor seniores, & adorant viventem in saecula saeculorum, & abiciunt coronas suas.

Arabicus. Dimittebant, seu deponabant, seu relinquebant coronas suas.

Vatabl. Projiciunt coronas suas.

EXPOSITIO X.

356.

ANCTI viginti quatuor seniores tria hic exhibent, quod summam reverentiam erga Deum ostendant. Primum internam adorationem; Secundum externum cultum; Tertium summam omnium rerum resignationem erga Deum. Procidebant viginti quatuor seniores, vultibus in terram demissis, quo celerem, profundam ac alacrem ex animo reverentiam, sive plenam submissionem indicabant; Secundum, Adorant Deum debito ac perfecto cultu laetiae; Tertium mittentes coronas suas detractas est propriis capitibus deponunt ante thronum Dei, omnem suam dignitatem,

victoriam, triumphum ac felicitatem, a Deo esse acceptam coferentes, eique omnia sua referentes imò a se abdicantes & vero Deo redentes ac resignantes, se nihil ex se esse, nihil sibi deberi, sed uni Deo omnia tribuenda.

QUESTIO XI.

Quare viginti quatuor seniores non solum Deum adorant, sed etiam procidunt in facies suas.

Procidunt viginti quatuor seniores, ita demittentes ex magna humilitate & veneratione faciem suam in terram quasi humum osculantes, ut ita declarent suam reverentiam, ac venerationem erga divinam maiestatem, quam aperte & clare vident.

357.

Alcazar in praesenti per hanc adorationem intelligit sacrificium Missae; nam viginti quatuor seniores, ait ipse, sunt Ecclesiae Sacerdotes, & ideo hac de causa in exordio capitis, facta fuit mentio de mari vitreo, nam ipsi per mare vitreum id est per penitentiam se preparant ad hoc sacrificium, quod excellentissimam Dei adorationem & sanctissimam Trinitatis glorificationem continet, ob praestantissimam, gratissimam & aequae Deo victimam quae ei ibi offertur, scilicet unigenitus eius filius Jesus Christus; unde in Canone sacrificium laudis vocatur. At hic sensus est mysticus, & non literalis, ut docent Cornelius a Lapide, M. Ioannes de la Haye, Ferrarius, & alii. Nam ad literam Textus loquitur de sanctis primarii utriusque testamenti, qui iam beati in caelo vident, ad tantum glorificant Deum, tria quoque Divinas Personas.

358. Alcazar.

Canon Missae.

Cornel. La Haye. Ferrar.

359.

Tamen pro morali thesi supposita illa sententia Alcazaris, inquiri; valde frequenter Divina Scriptura facit mentionem de adoratione, quam Angeli dant Christo Domino in caelis, Psal. 96. n. 8. Adorate eum omnes Angeli eius. Et Paul. ad Hebr. 1. n. 6. Adorent eum omnes Angeli eius. Isai. 6. n. 3. vidit Deum inter Seraphim, qui stantes Deum ipsum laudabant, & apud Daniel. 7. n. 10. reperitur quod multa millia Angelorum adstabant ante thronum: At Ioannes nunc in sua Apocalypsi frequenter vidit, quod seniores ante Agnum occisum procidebant tanquam in facies suas, vel humum osculantes, & hic, Procidebant viginti quatuor seniores, & adorabant, &c. Et c. 5. n. 14. Ceciderunt in facies suas, &c. 7. n. 11. &c. 11. n. 16. & c. 16. n. 4. Quare ergo Angeli stantes laudant, & adorant; at seniores in nostra Apocalypsi non solum adorant & laudant & stant ante thronum, sed insuper cadentes in facies suas procidunt mittentes coronas suas. Angeli adorant, ac laudant Christum regnantem in gloria, seu Ecclesia triumphante: At viginti quatuor seniores venerantur Christum D. Agnum tanquam occisum in Sacramento Altaris inter Missarum solemniam in nostra Ecclesia militante, ut interpretatur Alcazar ad hunc locum. Seniores, ait, procidebant, divinum cultum representantes, quem Christiani Sacerdotes in Missarum celebratione Deo deferunt. Adoratio, ut cum D. Thom. 2. p. q. 25. art. 1. & 2. docent Theologi, nascitur in nobis

Alcazar.

D. Thom.

nobis

Profundior cultus exhibetur Christo in Eucharistia, quam in throno majestatis.

nobis excellentia, ac auctoritate recognita in objecto: seniores pleni spiritu sapientiae & intelligentiae, non solum Christum Dominum adorant in Sacramento altaris, ut Angeli in gloria; sed etiam profundiori, ac submissiori cultu actu ipsum venerantur cadentes in facies suas, veluti excellentiorem maiestatem, ac clementiam in eo sub speciebus sacramentalibus, quam in ipso regnante, ac triumphante inter thronos, ac applausus caelestis beatitudinis recognoscentes ac venerantes. Vide quae dixi tom. 3. in Evang. cap. 35. quaest. 42.

360. Damian.

Secundo, Petrus Damianus lib. 1. Epist. 9. ad Nicol. 2. Procidebant seniores, & mittebant coronas suas; sic ait Quia ut puriores Deo valeant orationes offerri in odorem suavitatis a cunctis se mundi huius student a sebus segregare. Sancti seniores habemus otharas, & phylas plenas odoramentorum, quae sunt orationes sanctorum: ut dicitur infra, c. 5. n. 8. Demittant facies suas in terram, ac a se projiciant coronas ex auro fabricatas, ut suo exemplo nos moneant, quod illi, qui vale orationes offerre Deo in odorem suavitatis, debet oculos avertere a mundalibus rebus, & que post tergum dimittere, simulque curas ac cogitationes temporalium a se abjicere, ut ita uni soli Deo valeat vacare, ac illi se ex toto animo adicere, ut orationes ejus ei placeant, ab eo que exaudiantur.

361. Richard.

Tertio, Richardus de Sancto Victore: Sancta, & indivisa Trinitatis laudem ministerio, vel scripto Evangelistarum quatuor probatam superius descripsit, nunc quid eorum predicatio sine Scriptura universis praedicatoribus, & universalis Ecclesia iudicibus contulerit, subiungit. Et post pauca addit: Quid viginti quatuor seniores ante sedentem in throno procidunt, quia perfecti quique cognito Sacramento Divinitatis, summa maiestati se subiciunt, & adorant per rectam fidem in saecula saeculorum, Deo victorias suas attribuendo. Quid est quod hi viginti quatuor seniores supra n. 4. describantur sedentes super sedilia viginti quatuor, & in eorum capitibus coronae aeternae, nunc vero dicitur quod deponentes coronas a capitibus procidunt in facies suas, & adorant sedentem in throno? Cur modò cum tanta submissione se habent? Audierunt a quatuor animalibus mysterium sanctissimae Trinitatis praedicare ac decantare. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens. Et cum animalia darent hanc gloriam Deo, ipsi procident, deponunt coronas suas, & Deum adorant; quia ad intuitum, ac praesentiam mysterii Trinitatis omnis perfecta & sancta mens contrahit alas suas, oculos cognitionis ac intelligentiae submittit ac inclinat, & non aude eos sursum erigere ac elevare, ut tantum Sacramentum velit scrutari ac inquirere, sed cum multa submissione ac veneratione Deum trinum in personis, & unum in essentia veneratur, & adoratur.

Proposito Trinitatis mysterio, qui libet se subiciat, & nolit scrutari.

In supremo folio ac elevato maiestatis vidit Isaias Dominum, simulque Seraphim stantes, qui sine requie aeternam clamabant, Sanctus Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum. Quid tunc mittit Deus Prophetam, ut annuntiet populo, quae viderat, & audierat dicens: Vade, & dices populo huic: Audite audientes, & nolite intelligere: & videte visionem, & nolite cognoscere. Isai. 6. num. 9. Maxime inter se con-

traria haec videntur? nam si Propheta mittitur ut populo annuntiet, ac praedici quae viderat, ad quid invitat populum, ut audiat, si ea, quae ei annuntiantur, non est intellecturus, frustra verba ad aures diriguntur, si mens ea non percipit; est autem verberare, verba jactare, si mens audientium non recipit ac penetrat; & ad quid quisquis invitatur ad videndum, quod eius cognitionem transcendit? Huc revera maxime molestum & durum est, videre quod cognitione non capis nec apprehendis, & audire quod intellectu non percipis. Cur ergo Propheta mittitur ut populo annuntiet, quae audiendo non intelliget, & videndo non cognoscat? Audierat Propheta Seraphim alternativè proclamantes, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Trinitatem personarum in Deo decantantes, & cum semel dicunt Dominus Deus omnipotens, unitas essentiae ostendebatur. Cum Propheta haec esset annuntiaturus inde merito exhortatur populum, ut audiat, & non intelligat, & ut videat, & non cognoscat; quia sublimitas huius mysterii sic audienda est, ut mens sit captivanda in obsequium fidei, ut tantum arcanum credat & minime scrutetur. Et si figura Trinitatis videnda sit; cognitio pertimescat illum timari, & quod cognitioni denegatur, minuet fides; nam hoc mysterium velle scrutari temerarium, credere salutariter. Pulchre D. Thomas de Villa-Nova Conc. 1. de Trinitate. Nam cum Isaias Propheta Dominum sedentem super solium excelsum, & elevatum vidisset, & Seraphim clamantia: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum, audisset, protinus dicitur est: Vade, & dices populo huic: Audite audientes, & nolite intelligere, & videte visionem, & nolite cognoscere: Ac si diceretur mundo: Nolite mortales hoc scrutari mysterium: hoc nolite sapere, nolite intelligere: audite audientes, & solum credite: nam hoc vobis proderit ad salutem: credere enim impietas est, velle sapere temeritas. Inde D. Bernardus: Scrutari Trinitatem summa perveritas est, credere Trinitatem salus animarum est: videre Trinitatem summa felicitas est.

Trinitatis mysterium non est scrutandum.

D. Thomas a Villa-Nova.

D. Bernard.

QUESTIO XLI.

Quare viginti quatuor seniores, coronas a capitibus deponunt, & eas abiciunt ante thronum?

Communis sententia est, quod hic fit allusio ad antiquum triumphantium Romanorum morem, qui obtenta victoria Capitolium conscendebant, & deponabant coronas, quibus erant redimiri, easque Iovi Capitolino tanquam earum auctori consecrabant, ut testatur Alexander ab Alexandro lib. 6. Genial. cap. 6. Sic viginti quatuor illi seniores, id est primarii sancti tam legis naturae, scriptae ac legis gratiae, ante thronum coronas suas mittebant, tanquam significantes, quod suas victorias, triumphos, coronas, quas in caelo habebant, Deo tribuebant, & quidquid boni fecerunt, ab ipso se habere confitebantur, proindeque omnem suam dignitatem ab se abdicabant, & Deo ut eorum vero Domino resignantes

363.

Alcazar.

Nullus alius quid boni sibi attribuat.

E e 4

Aretas. Andreas. Ansberr. Rupert. D. Ambr. Primaf. Richard. Cœlstin.

364. Exod. 15.

Psal. 67.

Psal. 113.

Miser qui sibi aliquid boni tribuit. Ezech. 17.

D. Bernad.

365. Rupert.

Cum Christum humilium passionem contemplantur, nil facere debemus quasi bestie gemitus.

366. Minister carnis regis, quod magis exaltatur, eo plus humilietur.

Tertul.

reddebat. Aretas, Corona regni in signum est; seniorum regitur coronas ante thronum abiciunt quid aliud quam certum ac verum regnum, & victoriam adversus omnes Deo per omnia referunt. Ita etiam Andr. Cretenf. D. Ambr. Primaf. Rupertus & Richardus de Sancto Victore, unde ait Cælestin. Papa; O infinita Dei bonitas, ut nostri veire esse merita, que sunt ipsius dona. Et Epistol. ad Episcopos Gallie, cap. 12. Nec coronat nos nisi de suo.

Hinc Moyses transacto mari rubro, & submerso Pharaone Exod. 15. num. 1. ait: Cantemus Domino, gloriosè enim magnificatus est, equum & ascensorem projecit in mare, fortitudo mea, & laus mea Dominus. Psalm. 61. n. 8. In Deo salutare meum, & gloria mea: Deus auxilium meum, & spes mea in Deo est. Psalm. 113. num. 9. Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Væ qui accepta dona sibi tribuunt. De Rege Tyri, seu de Lucifero, qui in illo adumbratur, dicitur Ezechiel. 27. n. 17. Perdidisti sapientiam tuam in decore tuo. In quem locum sic ait divus Bernardus ser. 74. in Cantic. Non culpamus donum sed usum; denique si advertebam, non in decore, sed in suo decore dicitur esse ille perdidisti sapientiam. Et paulò post, Perdidit eam non fecit suam, proprietatem in causa est, cur eam perdidit, quia sapientiam non dei, sed suam fecit, inde perdidit eam.

Secundo, Rupertus lib. 3. in Apocalypf. Perpendentes, ait, quia is propter quem, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adauxerat, auctor salutis eorum per passionem consummatus est, nomine i. si suam dignitatem parvi faciam? Mittunt ante thronum coronas suas, id est, quidquid virtutis, quidquid habent dignitatis, Deo cum gratiarum actione offerunt. Et si sancti seniores procedunt in facies suas ut adorent dei Filium viventem sub humana carne, post Passionem gloria & honore coronatum, maxime tamen mirandum, quod ad hunc adorandum coronas suas deponunt. Nonne ferire deo regnare est? cur ergo deum adorantes non magis coronas accipiunt? cur ergo eas abicere disponunt? Erant quidem isti Reges qui ut viderent dei filium humiliter scandere divinum thronum, protinus parvipendunt suas dignitates, cæque exuentes deo sacrarunt. Prudentissimi senes nil æstimant coronas, principatus ac dignitates cum vident Jesum Passione ac morte affectum, & inde libentissimè omnia sua ei dedicant. Perpendentes, quod auctor salutis per Passionem consummatus est.

Tertio, ecce quanti meriti fuerunt sancti seniores, ut in conspectu dei sedeant, & coram summo Rege coronati appareant. Verum si in tanta dignitate constituti erant, ut ipsius dei assessores, & arcanorum eius consessores existerent, cur modò ira humiles ut procederent ante sedentem in throno, & suas è capitibus coronas dimitterent? ut documento sint regis familiaribus, ad eò admittens, atque modè cum suo Principe agere, ut quo plus meruerint, eo minus præsumant, quod monet Tertullianus lib. 4. de patient. cap. 4. Artificium promerendi, ait, obsequium est, obsequium vero disciplina, morigerata subiectio. Hoc maxime agnovit senarius ille Theodorici regis egregius administrator, qui multis natu & dotibus ornatus, & omnibus penè pro suo Principe officiis functus, summam tamen

modestiam, & humilitatem colebat ipso quoque Principe attestante apud Cassiodorum 4. Var. Ep. 4. unde de eo admirans subdit. Sed hunc amplius commendabat humilitas qua tam clara, quam rara est: non enim est sub amore Principis custodire modestiam; quia gaudia semper animos inquietant; modus enim ratio de laetis rebus imponitur, qui magis in tristibus invenitur. 367.

Quarto, viginti quatuor seniores dimittebant coronas suas ante thronum, dicentes; dignus est Dominus Deus noster accipere gloriam, honorem & virtutem, &c. Cur sancti senes ad divinas laudes decantandas coronas abiciunt? ut fieret manifestum, quod vocibus Dei magnalia resonant, non ob præmia ac coronas acceptas, nec, quia à Domino tanto honore sunt affecti, sed tantum ut serviant; ac Deum magno cantu glorificent ac laudent, ad quod respicit Tertull. lib. de corona militis in fine A que exinde ait, nunquam coronantur: id quod in signum habet ad probationem sui se ubi tentatus fuerit de Sacramento. statim creditur Deo suo esse dixerit. Vide tom. 4. cap. 22. q. 2. n. 14. 15. 16. 7. 368.

Quinto dicitur thronum Agni viginti quatuor seniores, & in capitibus eorum coronas aureas, & in manibus habebant phylas aureas plenas odoramentorum, Apoc. 5. num. 9. Qui nunc propius accedentes ad sedem Agni, mittebant coronas suas ante thronum. Cur etiam ante thronum non effundunt phylas, ut suavissimum excitaret odorem, sed potius coronas mittunt? Coronæ erant propriæ, ut explicant Andreas Cæstarienf. D. Ambr. Primaf. & alii. At phylæ erant orationes sanctorum. inde senes eum audent ad thronum Dei appropinquare, ut ipsum revererantur, & adorent, non effundunt, nec ostendunt aliena opera, sed exhibent propria merita sua, que victores coronas, quas magnis ac præclaris suis actionibus, de crudelissimis tyrannis, Diabolo, ac mundo gloriosè reportarunt. Carthulianus, Deo Altissimo gratissima mente adscripsit, quidquid sapientie ac virtutum, quidquid victoriis de hostibus sua salutis obtinuerunt. 369.

Sexto, Sancti Victor Martyr, Denique ait, & cum venisset, qui mortem disjungeret, & coronam immortalitatis solum dignis sumeret, omnes habentes pro gloria aliquas actus sui optimi coronas projecerunt sub pedibus eius, propter eminentem victoriam Christi Domini, omnes victorias suas posuerunt sub pedibus eius. Videbatur sat esse, quod viginti quatuor seniores procedant, & adorent ante thronum, cur deinde necessum fuit, ut coronas suas projicerent? Sed eas in throno Christus Dominus exultimatur: cum ergo Jesus triumphans ac gloriosus apparet, in ejus conspectu cæteræ omnium vilescunt ac projiciuntur coronæ; ubi Jesus corona ac gloria nitet, universæ aliæ coronæ obscurantur, & maxime sese ostendere detrectant.

Multa ponderatione dignum est, quod Paulus in omnibus epistolis suis nomen, & Apostolatus suum proponere solet, incipiens Paulus Apostolus, ut videre est in ipsis epistolis; ac ubi ad epistolam ad Hebræos ventum est, sine nomine proprio, sine sui Apostolatus memoria, incipit, Multisariam, multisque modis. Hebræor. 1. n. 2. Et cur tantum in hac epistola, à suo proprio nomine, Apostolatusque honore abstinet,

Cassiod.

Influs pro præmio habet Deo in laudare.

Tertul.

368.

Apoc. 5.

Andr. Cæst. D. Ambr. Primaf.

Propriis meritis, ac operibus quibus respiciunt.

C. huf.

369.

Ad consuetudinem istam in suo alio glo-ria disparent.

370.

Hebr. 1.

Hebr. 3.

Apparere Christo in suo decore, omni alius honor disparet. D. Hieron.

371. Math. 24.

Cum fulget Christi gloria, obscurantur cæli lumina. D. Hier.

371.

Hugo.

Deus quiescit in sanctis suis.

abstinet, omniæque illa subicit? In hac epistola tantum proponendus erat sub Apostolatus gloria Christus Jesus. Considerate Apostolum, & pontificem confessionis nostræ Jesum. c. 3. n. 1. inde meri d. Paulus suum nomen, ac Apostolatum abscondit, omnis enim gloria, nomen, ac honor obnubilatur, & disparet, cum n. Jesus gloria ac majestas apparet. D. Hieronymus in c. 1. Epistola ad Galatas. In Epistola ad Hebræos, ait, Paulus nec nomen suum, solus consuetudine, nec Apostolatus vocabulum proposuit, quia de Christo erat dicturus; Habentes ergo Principem in Sacerdotum, & Apostolum confessionis nostræ Jesum: nec fuisse congruum, ut ibi Christus Apostolus diceretur erat, ut etiam Paulus Apostolus poneretur.

De extrema die iudicii dicitur Math. 24. n. 28. Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stella cadens de celo; & tunc apparebit signum filii hominis, videntem in nubibus cæli cum virtute multa, & majestate. Ecce tibi in apparitione gloriosa Christi, omnia cælestia luminaria disparent, & unde tanta obscuritas in cælestibus luminaribus: cum apparet resplendens gloria Christi, statim omnis aliorum gloria eripitur, & absconditur. D. Palch. lib. 11. in Math. Cum solo, ait, tremendo iudicio gloria charitatis Christi fuerit, nemo se aliquid esse putabit.

QUESTIO XLII.

Quisnam thronus iste, ante quem senes mittebant coronas suas?

Dicitur quod Deus sedeat in throno ad indicandam ac manifestandam ejus celsitudinem, & majestatem. Deinde ut ait Hugo Carrenf. Sedenti super thronum, id est Deo, qui in sanctis quiescit, & eis quiescit, & pacem iribuit; hic peccatoris & temporis tandem aternitatis; & videntem in sacula seculorum: id est, æternaliter, quasi ipsum solum, qui in sanctis quiescit, & in se æternaliter videt, glorificandum, honorandum, & benedicendum prædicent, & ipsum solum esse, à quo gloria, honor, & benedictio datur sanctis. Deus nullo capitur loco, nec labore fatigatur, nec membris corporis consistat, quomodo ergo dicitur sedere super thronum, quando sancti dant ei laudem & honorem? Thronus Dei, ut jam supra dixi, sunt sancti, quibus è labore fatigatis dum Deus dat quietem, dicitur & ipse quiescere, & dum sancti dant ei gloriam, & honorem, ipsa gloria & honor in sanctos derivantur.

Secundò, inquirendum est, cur sicut dictum est, quod ante sedentem in throno procedebant senes, ac etiam adorabant viventem in sæcula, non etiam dicitur quod deponerent coronas ante sedentem vel viventem in sæcula, sed dicitur quod ante thronum deponerent coronas. Dei thronus appellatur sacratissima Virgo Maria; ut dixi hoc cap. quæst. 6. n. 36. 37. 38. 39 & docet Albert. Magn. serm. in dedicatione Ecclesie explicat illa verba Hebræor. 4. n. 16. Adæmum cum fiducia ad thronum gratia, sic ait ipse: Thronus gratia est B. Virgo Maria, Luc. 1. Ave Maria gratia plena. Unde Apostolus, adæmum

cum fiducia ad thronum ejus gratia, scilicet Maria que est thronus. Salomonis ebrietas. Cur ergo non asseremus, quod signatè dicitur mississe seniores coronas suas ante thronum, ut denotaret supplices illos, nempe reges, & Principes depoluisse diademata sua ante Deipatam, tum & profunda submissione suam summam potestatem, qua fulgebant, peculiari Virginis beneficio obtinuisse, ipsique omne acceptum reddere; Deinde quidquid sibi regni, seu regie magnitudinis ac potentie inerat, in illius cultum, ac venerationem libentissimè conferre.

Tum etiam ut sancti senes Deum laudarent dicentes: Dignus est Agnus accipere gloriam & honorem; coronas suas deponerent ante thronum ejus, qui est sanctissima Maria, ut ipsum sic laudarent ac glorificarent, ut habitantem, ac commorantem simul cum Maria decantat Regius Vates Deo, Psalm. 9. n. 12. Psalite Domino, qui habitavit in Sion. Cum & gaudia ac celebritatem Deo fieri postulat, eum Sion habitantem meminit, & quid habitatio Sion habet, cum Psalmis, jubilis & celebritatibus Divinis? Creditur Sion habitationem fuisse Mariæ, in qua Salvatoris origo terrena viseretur, & in qua etiam creditur, quod Virgo vitam finierit, inde filio ejus Jesu Christo peculiariter decantatur, quia tunc Canticum erat ei gratissimum, cum ipse esset celebratus ut habitans cum Maria, & simul eam commemorans Nam quamvis antea Christus in gloria Patris esset tamen post transitum Virginis erat simul cum Matre, & tunc insigniter erat ei decantandum ac jubilandum, cum Matris præsentia ei sit maxime jucunda ac delectabilis. Ita Andreas Cretenf. homil. 1. de Assumptione. Quam de causa Sion fecit mentionem d. qui canis hynnum sacre præsentis lætitiæ: Illic natura serviens legibus Maria vixit sine acceptis. Illic lætuit Diabolum, quomodo in pariendo ea effugit, que accidit matri-bus, illa sanctissima & a Deo vocata, qua gloria & gratia cæli, & terra implevit magnitudine sue divine translationis. Expende ultima verba Martæ transitus implevit cælum lætitiâ, cum eam secum habeant Angeli, implevit & terram lætitiâ, cum talem advocatam habeant in se.

Illud tamen ad calcem hujus quæstionis inquirendum est, cur seniores non inclinantur, ac coronas mittunt ad pedes, seu sub pedibus Agni; sicut Joannes cecidit ad pedes Agni, qui loquebatur cum illo. Apoc. 19. n. 10. ut eum adoraret. Cur ergo etiam seniores hi non procedunt ad pedes Agni, ac veluti sub illius pedibus coronas deponunt? Cur ante thronum? In illa cælesti curia multa mediæ sepe ratio inter Deum ac celestes Spiritus, seniores ad thronum accedant, Agnum tamen non attingunt. Conceditur illis, ut ad sedem majestatis appropinquent. At quod ad thronum brachium elevent manum extendant, Agnum attingant illius pedes teneant, hoc illis non permittitur.

At in Ecclesia militante, non solum ad thronum accedimus, non solum Agnum attingimus, sed etiam verè & realiter eum sumimus, & per ipsam Communionem Christus realiter est in nobis quoad species sacramentalis propriam naturam conservant, ut explicavi tom. 3. in Evang. cap. 35. quæst. 11. Qui manducat carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Joan. 6. n. 57. Hanc ergo unionem significat

Per manus Maria omnia bona nobis veniunt & ipsi reddenda.

374.

Psalm. 9.

Post transitum Virginis maxime ad hæc transitus Christi cum Matre in cælo.

Andr. Cretenf.

375.

Apocal. 19.

In cælesti curia beati non attingunt Agnum.

376.

Joan. 6.